



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... sunt ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

394 De CALCEIS HEBRAOR.

plateas, & barbare Mantilo, ^{aut} quid simile ei. Nathan Justus in Lexico juris Hebraici laudat doctores Babylonios, qui affirmant fuisse vestem quandam superiorem, quam *Talith* nuncupant, id est *togam* aut *pallium*. Aben Ezra quoque vestem superiorem scribit ab obtegendo dictam, quæ nulla alia est quam *toga* vel *pallium*. Hanc sententiam sequuntur recentiores Iudæi, apud quos *Sarbara*, ut Elias ait, in vulgari usu est pro *pallio*. *Nos vocamus*, inquit, *לְבַשׁ הַעֲלִיָּה* vestem superiorem *סַרְבֵּל Sarbel*, quæ in lingua Germanica & Italica vocatur *mantil*. Qua significatione & apud Thalmudicos legitur. Quin vestem superiorem esse, quæ totum corpus tegebatur, confirmat vocis hujus origo. *נָאֹן* est à *סַרְבֵּל* quod Chaldæis non modo verum etiam Arabibus est *tigri*, *operire*, unde optime *סַרְבֵּל* vestimentum exterius dicitur, quod corpus hominis obtegit, quomodo *toga* à tegendo Romanis est appellata. Quare ego omnino non dubito quin *סַרְבֵּל* non quidem sint aut togæ, aut pallia, qualis nempe *toga*

Elias in
Thib. bi.

Talm. in
Sanhedrin
& Scheb-
huoth.